



PRÆLOQUIUM  
AD LECTOREM.



Ria sunt, BENIGNE  
LECTOR, quæ præsentis Ope-  
ri premittenda constitui, Scriben-  
di Occasio, Operis Breviarium, &  
Encomium Illius, qui Organi

concinnandi, scriptoque expli-  
candi Causa fuit prima, primumque velut Mobile,  
Serenissimi inquam CAROLI JOSEPHI p. m.  
Austriae Archiducis. Incipio à primo.

§. I.

OCCASIO SCRIBENDI.

**M**athematicas Disciplinas nullos magis æsti-  
mare, nullos expetere ardentius, excolere  
diligentius, efficaciusque ac liberalius promovere,  
quàm Orbis Monarchas, Reges, Principes, Nobiles,  
& quotquot Generoso ex sanguine Generosos tra-

A xère